



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv  
Doctoribvs Reseratvs**

**Escobar y Mendoza, Antonio de  
Lvgdvni, 1659**

II. De nonnullis aliis ad Cambia pertinentibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41066**

positiūē cooperatores. Nec pretio per monopolium inducto possumt ut iij, qui fuerunt eius causa in principio saltem; secus postquam communiter receptum erit.

## C A P V T I I .

### *De nonnullis aliis ad Cambia pertinentibus.*

15. *Possunt ne campsores à campsiarius fideiussores exigere?*  
Possunt; et si campso sit fideiussor, potest aliquid pro eo accipere.

16. *Est ne licitum pactum de interesse, si campsiarius in mora sit?* Ita quidem, modò mercator certus moraliter sit tantum lucri sibi ex mora cessaturum.

17. *Campso non vult dare Cambium nisi pro loco ubi plus lucratur: peccat ne?* Si obligatus est pro officio, iniustè facit; si persona priuata est, ad summum contra charitatem ageret; quamuis si illi esset incommodum, nec etiam debitam proximo charitatem laderet.

18. *In Bulla Cambiorum quānam conditiones continentur?* Prima, Cambia sicca, in quibus videlicet solutio sit in eodem loco, damnatur. Secunda, ne Cambium reali fiat cum aliquo ob dilationem statuti termini lucro: ne ab initio de certo interesse ob moram contrahentes paciscantur: ne fiat Cambium nisi ad proximas nundinas, vel proximos terminos iuxta loci usum: vt in terminis solutionum ratio habeatur majoris, vel minoris distantiae locorum.

19. *Si mutetur pecunia valor, licebit ne exigere eandem? Minime, sed ad æqualitatem. Potest ne villa in ordine ad solutionem restari?* Minime si publico sigillo munita sit, nisi de certo eius genere pactum fuisset.

20. *Suppono pecunia valorem mutari à Princeps: quidnam circa Cambia obseruandum?* Multa obseruari debent. Primò ratio habenda est pacti prius initi, videlicet soluendi in auro, vel argento duplice, & sic de aliis cautionibus inter contrahentes appositis. 2. Si pecunia promissa mutetur quoad valorem intrinsecum, hoc est materiae, vel ponderis, soluenda erit secundum valorem antiquum tempore contractus. Si etiam secundum valorem extrinsecum, hoc est, legalem, & publicum pretium, solutio fiet secundum estimationem. 3. Variatio pecuniae post culpabilem moram in soluendo,

D d 2 vocet